Ann. XVI. ROMAE, Mense Maio MCMXIII Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA		IN ANGLIA	IN CANADA
apud	apud	apud	apud
Gebethner et Wolf	"Kronika Rodzinna"	Burns and Oates	Libraire Granger Frères
Varsaviae Polonorum	Varsaviae Polonorum	London W.	Montreal
Nakowskie Przedmieście, 15	Krakowskie Przedmieście, 6.	28, Orchard Street.	1699, Rue Notre-Dame

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

Commentario VOX URBIS venenum, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense Maio MCMXIII. Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Utrum S. Thomas Graecam linguam calluerit.
De Leone XIII P. M. Commentarius.
Notae ex bibliothecis et archivis. De actione oratoria.
Horae subsecivae. Iuliani Apostatae mors. — Florum cultura.
Constantiniana monumenta. De Urbana basilica S. Ioannis in Laterano.
Colloquia latina. Silentium et attentio.
Acta Pontificia. SSmi. Dni. Nostri Pii PP. X litterae in forma «Brevis», quibus Purpuratus Pater ad sollemnem commemorationem Antonii Friderici Ozanam Lutetiae Parisiorum habendam, tamquam Pontificius Legatus mittitur.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione Concilii. — Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione S. Officii (Sect. de Indulgentiis). — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum. De recenti morbo SSmi. D. N. Pii PP. X. — Coram SSmo. admissiones. — Peregrinorum adventus in Urbem. — Pontificiae electiones.
Annales. Balkanicum discrimen. — Italorum in Lybia progressus.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Ex Batavia. De certamine poetico Hoeufftiano in an. MCMXIV indicto.
Aenigmata.
Sociis et Lectoribus monitum.
Appendix: Ad Romam.

Utrum S. Thomas graecam linguam calluerit

Sub huiusmodi titulo anno MDCLXVII, P. B. Guyard dissertationem in lucem edidit, quae veluti parva fuit scintilla, ex qua, et propter quam, successivis saeculis usque ad nos, circa vexatam quaestionem plura scripta prodiere. (1) Mens quorumdam fuit, S. Thomam Aquinatem graecam non calluisse linguam; dum alii e contra Angelicum graecae linguae peritum fuisse asseruerunt. Siquidem, Aquinas ipse testatur, - inquit Roselli, (2) - se vidisse libros de substantiis separatis nondum in latinum versos. Meminit praeterea libri Procli Platonici, quem dicit «in Graeco inveniri». Ait item, se interdum ex Homiliis Chrysostomi sensum accepisse, dimisisse verba, eo quod translatio esset vitiosa. Quid? si eius Commentaria in Aristotelem conferantur cum antiqua versione, qua Thomas usus est, invenietur profecto, ipsum magis intendisse ad textum graecum, quam ad versionem illam, eamque saepissime vel explicasse, vel emendasse. Nonne et Italiae cultus conditiones sententiae huic favere videntur? Baconus enim ad linguarum, praesertim graecae studium adhortans, scribit: «Nec multum esset pro tanta utilitate ire in Italiam in qua clerus et populus sunt *pure graeci* in multis locis; et episcopi et archiepiscopi et divites et seniores possunt ibi mittere pro libris et pro uno vel pluribus qui scirent *graecum* sicut Dominus Robertus S. Episcopus Lincolniensis solebat facere». (3)

*
* *

Certe Sancto Thomae Aquinati, aliqualem linguae graecae peritiam esse tribuendam, ex eiusdem scriptis apparet. Invenimus enim Angelicum graecum adhibuisse textum hisce ducti motivis:

a) Saepe ad graecae dictionis differentiam sese appellat, ut dum in *Summa* de habitibus: «Et ideo non dicit quod sanitas difficile mobilis simpliciter sit habitus, sed quod est ut habitus, sicut *in Graeco* habetur». Et in *Summa c. Gentes*, contra Averroëm scribit: «Non sicut praedictus Averroës fingit, sub dubitatione hoc proferens, ut patet ex exemplaribus Graecis». (1)

b) Affirmat Aristotelis tractatum *De Memoria et Reminiscentia* penes *graecos* esse partem alterius tractatus ejusdem Aristotelis, *De Sensu et Sensato:* «Ille tractatus (*De Memoria et Reminiscentia*) est pars istius libri (*De Sensu et Sensato*) secundum *Graecos*». (2)

c) Ad graecam denominationem libri Aristotelis *De Cuelo et Mundo* sese appellat; dum in Commentariis de *Anima* se non iam versionem, sed graecum textum secutum fuisse fatetur: «Haec tria in hoc libro agunturr, qui apud *Graecos* intitulatur de *Caelo*»; «Hic incipit liber tertius apud Graecos. Et satis rationabiliter. Ex hinc enim Aristoteles ad inquirendum de intellectu accedit». (3)

d) Versum Homeri ab Aristotele non integre relatum, complet: «Sciendum est autem, quod hunc versum Homeri Aristoteles non totum posuit, sed solum principium. Unde nec in *Graeco* nec in Arabico plus habetur quam hic. Talis enim intellectus est, ut sic intelligatur hoc dictum, sicut consuevimus inducentes aliquem versum alicuius auctoris tantum ponere principium, si versus sit notus. Sed quia hic versus Homeri non erat notus apud latinos, Boetius totum posuit». (4)

e) Vocabulorum graecae linguae saepe tradit signi-

(1) Cf. DE RUBEIS, *De gestis et scriptis* etc. *S. Thomae*, Diss. XXX, c. 4. — TALAMO - *L'Aristotelismo della Scolastica* c. IX. — L. SCHÜTZ *Der hell. Thomas von Aquin*, etc.; *Jahrbuch*, etc. 1895, VIII p. 271, 1896 X, p. 488.

(2) *Summa Philos.*, vol. 1, q. 1, a. VIII n. 100.

(3) TALAMO, l. c.

(1) 1-2.ae 50, 1, ad 2.; c. *G.* l. 2. c. 61.

(2) *De Sensu et Sensato* l. nn. lect. 2.

(3) *In Proemio de Caelo et Mundo*. Quatuor vicibus scribit «Intitulatur de Caelo, intitulari de Caelo, intitulatur de Caelo, nominatur totus liber de Caelo».

(4) *De Anima*, lect. 4.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Quae latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad artifices quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et [illegible] stylo [illegible] descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 8;

ubique extra Italiam lib. 9 (Dol. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recte transmittendum ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis* ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatui, Romanae Curiae aulicisque pontificiis distribuenda.

Pro Sociis qui *libellas octo* pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam.* — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui *lib. quadraginta quattuor* miserint, *Vox Urbis gratuito conceditur;* ii enim *Novum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo *zigrino* conglutinatum, foliorum sectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuito etiam a praelaudata editrice domo « Proprium Dioecesis » cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemisso, uti par est, « Proprii » eiusdem pretio.

DE LEONE XIII P. M.

COMMENTARIUS [1]

Ad stilum quod attinet, ab illis immortalibus magistris usurpatum, hoc in primis adnotem, Ioannem Perrone, illustriorum sodalium vestigiis insistentem, qui in acroasibus suis, quas ad alumnos haberent, nativo passim candore nitebant, et singulari quadam suavitate laudabantur, Tulliani stili virtutes tam feliciter esse consecutum, ut ipsa rerum divinarum dignitas aliquo splendore decorari videretur. Nam multiplicis doctrinae varietate cum Ambrosio, tum Hieronymo atque Augustino identidem comparabatur.

Quibus rebus frequentiores in dies erant sacrarum doctrinarum alumni, qui iussu atque consilio tot magistrorum, abundantius fructus referebant. Prae ceteris inter omnes, qui ingenio pollebant et virtutibus, Peccius eminebat, cuius prudentiam studiumque religionis iudiu omnes optime noverunt. Hic enim exquisita magistrorum sapientia allectus, eodem quo parentes honore, eorum memoriam prosequebantur, eisque ita erat devinctus, ut quoad posset, ab eorum disciplina nunquam discederet. His igitur ingenii et doctrinarum praesidiis egregie ad sapientiam instructus, tantum habuit noster commendationis, ut in hisce quoque studiis princeps teneretur.

Attamen haec ei quoque laus est tribuenda, quod, dum animum divinis cogitationibus exerceret, et totus esset in arripienda Christi doctrina, haud iacturam temporis facere videretur, quod in stilo exercendo insumpsisset.

Quo factum est, ut eius quoque disputationes, quas identidem ex temporum more apud condiscipulos habebat, latini sermonis elegantia laudarentur, et summa omnium voluptate auribus reciperentur. Sic christianam doctrinam ab adversariorum incriminationibus acerrime tueri parabat, atque vel ab illa aetate apparuit, ut labentibus annis e summa sapientiae sede, vindex veteris disciplinae, optimorum studiorum sospitator atque in sacris concionibus caelesti prope eloquio disertus et pugnax.

Hinc merito sub anni finem, in certamine publice habendo, Peccius eligitur atque magnis laudibus extollitur. Tute ipse, candide lector, si lubet, tuis usurpare oculis poteris documentum quod honoris causa in medium referam.

« Vincentius Pecci de selectis quaestionibus ex tractatu *De Indulgentiis*, nec non *De Sacramentis Extremae unctionis atque Ordinis*, in Aula Collegii maxima, publice disputavit, facta omnibus obiiciendi facultate, in praesentia praesulum aliorumque insignium. In qua disputatione idem adolescens tale ingenii sui specimen praebuit, ut *ad altiora* proludere visus sit ».

(1) Cfr. sup. num. III.

Haec in indice Ephebei maximi Romani legi possunt. Sed paullo maiora nos manent, neque omnino silentio praetereunda. Namque in volumine quod *Annuario* inscribitur, quodque singula iuvenum nomina refert qui praemio donati sunt et laude, haec leguntur: « Inter Theologiae academicos Vincentius Pecci strenue certavit de Indulgentiis in Aula Maxima, coram doctoribus collegii aliisque viris doctrina spectatissimis. Quum vero in hac publica exercitatione, academico more peracta, industrius adolescens non parvam ingenii vim, et diligentiam impenderit, placuit eius nomen, honoris causa, hic recenseri ».

Hactenus Vincentii nomine vocari, in matris memoriam atque obsequium passus, Ioachim in posterum adpellari iubetur.

Hoc unum restat, ut homo fortunandis hominibus natus civiumque praesidio, universo quoque iure civili atque sacro, ad saeculi rationes solliciter exercito, ipse institueretur. Quare, quamquam multis iam muneribus decorabatur, ratus aptius Deo posse in posterum inservire in publica dignitate, quum esset annorum quatuor et viginti, sacrae Academiae nomen dedit. Atque adeo sub doctissimorum hominum disciplina ita est omnis scientiae aditus adgressus, ut tandem populorum felicitati, nobilibus studiis institutus, admodum prospiceret. Is erat autem in eo doctrinae amor, ut omnium consilia negligeret qui eum hortabantur, ut a studiis aliquantisper abstineret, et ruri versatus, valetudinem recuperandam curaret. Verum in Deo unice fretus, totus se ad nova studia conferre statuit. Et in hac palaestra, summa cum dignitate in omnium exemplum eluxit. Recentiora populorum eloquia arripere, eorum mores inventaque cum veteribus Romanis componere, leges ad labentis aetatis ingenium exactas, ad provehendam civium humanitatem, omnes curas animi et cogitationes adferre.

Hinc factum est ut eius oratio ad doctores habita *de doctrinis adiudicandis*, omnium suffragiis, et prae ceteris cudi digna publice haberetur, praesertimque propositis maxime honestaretur. Eius igitur nomen laudibus longe iam lateque extollitur, eique omnia bona in aevum universa civitas auspicatur.

Quumque magnam spem omnibus adferret, fore, ut proxime munia publica adgressus, res romanas, superiorum temporum malis fractas, aliquando erigeret atque recrearet, indica lues urbem invadit et immensam civium stragem edit. Tunc praeter omnium opinionem Ioachinus noster, sui securus, animae pro populo prodigus, aegros invisere postulat eisque inservire. Quod autem munus nondum sacerdos optime perfecit. Infirmos enim adspectu, alloquio scienter confirmat, omnique ratione praesentem laborantibus opem abundanter adfert.

Hactenus de studiis; nunc ad ordines suscipiendos venio. Fere curis omnibus solutus, vel inter litterarum studia semper operam virtutibus navavit ar.mique in-

ficationem, uti, de aliis locis tacendo, dum scribit: « Agit de aliqua passione quae vocatur nemesis, idest reprehensio, quae est medietas invidiae et epicacotharchiae, tharcus enim dicitur gaudens, cacos malum, epi super; ac si dicatur gaudium de malo. Nemesiticus enim, idest reprehensor, tristatur... Sed ille qui dicitur epicacotharcus, tantum deficit a tristando, ut etiam gaudeat de malis, qui in sua malitia prosperantur ». (1) — « Physis, quod apud graecos naturam significat, si pro generatione viventium accipiatur, habet primum ypsilon productum; si vero pro principio, sicut communiter utimur, habet primum ypsilon breve ». (2) — « Plato in Timaeo secundum linguam Graecam dixit, illomenum esse eum, qui per omnem ordinatum polum; hoc autem quod dicitur illomenum, si in graeco scribitur per lota, significat alligationem; si vero scribatur per diphthongum, significat prohibitionem ». (3) — « Apud Graecos hoc nomen *ethos* dupliciter sumitur: et secundum quod importat diuturnitatem quamdam, dicitur feteris ethica; secundum autem quod importat morem secundo modo acceptum, dicitur scientia ethica, quam nos moralem dicimus ». (4) — « Per hoc autem excluditur opinio Stoicorum qui secundum ordinem causarum intransgressibilem, quem Graeci *eimarmenen* vocabant, omnia ex necessitate dicebant provenire ». (5)

Denique ipsemet Angelicus contra Averroistarum « impudentiam » scribit (6): « Quia quibusdam in hac materia verba Latinorum non sapiunt, sed Peripatetici eorum (Graecorum) verba sectari se dicunt, quorum libros in hac materia nunquam viderunt, nisi Aristotelem, qui fuit Sectae Aristotelicae institutor; ostendemus positionem praedictam eius verbis et sententiae ordinate ordine ». Affert postea plurimos Aristotelis textus, eiusque mentem aperit, verbaque animadvertione addit: « Huiusmodi quaestiones certissime colligi potest Aristotelem solvisse in his libris quos patet eum scripsisse de substantiis separatis, ex his quae dicit in principio XII (Libri) Metaphysicae; quos etiam libros habemus num. 14, licet nondum translatos in lingua nostra ». (7)

***

Nec concessa igitur Doctori Angelico graecae linguae completa atque perfecta cognitione, quomodo eiusdem aliqualis cognitio explicatur? Ad huiusmodi factum historicum recurrendum est.

Saeculo XIII, philosophiae Peripateticae, scriptorumque Aristotelis studium, praesertim Lutetiae Parisiorum maxime crevit. Quum vero Averroistae plurimi, Philosophi mentem contra fidei veritates interpretarentur, Romana Ecclesia iuste recteque insurrexit. Ad omne periculum praecavendum, Urbanus IV, Fratrem Guillelmum de Moerbeke, Ordinis Praedicatorum atque Fratrem Thomam de Aquino Romam vocavit, et dum primus, qui linguam solide callebat graecam, novas Aristotelis scriptorum versiones parabat, alius, idest Angelicus, nova eorumdem operum Commentaria scribebat. « Frater Wilhelmus Brabantinus, legimus, (1) Corinthiensis, transtulit omnes libros naturalis et moralis philosophie de greco in latinum ad instantiam fratris Thome. Item transtulit libros Procli et quedam alia ». Versiones istae, quamvis a Bacone passione motus « omnino erroneae et vitandae » vocatae fuerint, recentiorum tamen Criticorum iudicio, « textui litterali Aristotelis scrupulose conformes, imo, fideliores nonnullis versionibus modernis inveniuntur ». (2) Guillelmus et Thomas ab anno MCCLXI, usque ad annum MCCLXIX in Curia Romana simul laboraverunt. Nil mirum propterea, si Angelicus, a Confratre suo Guillelmo, linguae graecae peritissimo, notiones illas communes, cognitionemque aliqualem graeci idiomatis acquisiverit.

Neque moveamur, dum de seipso Thomas aliique affirmant, « libros de Substantiis separatis graece scriptos, vidisse, evolvisse, interpretasse ».

Haec enim omnia, peritorum ope facta, eique tribui palam est. Neque moveamur rursus, dum quidam ex antiquis affirmant Angelicum linguam calluisse graecam. Nonne et hodie multis linguarum peritia tribuitur, et tamen nobis apertum est, eos, vel solum alphabetum cognoscere, vel nonnisi superficie tenus linguas callere? Nolite Pici Mirandulani oblivisci. Scimus, ei viginti duarum linguarum peritiam tributam fuisse; ex facto tamen apparet, multarum linguarum nonnisi alphabetum cognovisse, neque italicam linguam perfecte calluisse, ita ut carmina Laurentii Magnifici pluris quam Aligherii faceret; imo legimus hebraicam linguam tam leviter cognovisse, ut Indaeus quidam sexaginta falsos codices ei vendere potuerit. (3)

Verum, cum Roselli nostro concludimus: (4) Si permittamus Thomam vel prorsus ignorasse Graecam linguam, uti de se fatetur S. Gregorius Magnus, vel graece mediocriter fuisse doctum, ut de se ait S. Augustinus; non modo nihil eius detrahitur laudi, sed magna fit accessio. Neque satis mirari possumus S. Thomae Aquinatis, qui Aristotelem talium interpretationum subsidio unico legerat, acumen, et industriam; quum saepe Aristotelem verius, aut saltem verisimilius, quam Graeci nonnulli interpretatus fuisse cognoscatur.

REGINALDUS FEI O. P.

(1) *Ethicorum*, l. 2, lect. 9.
(2) *Metaphys.*, l. 5, lect. 5.
(3) *De Caelo et Mundo*, l. 2, lect. 21.
(4) *3 Sent.* d. 23, q. 1, a. 4, q. 3, Sol. 2.
(5) *S. c. Gentes*, l. 3. c. 73.
(6) *De Unitate Intellectus*, opus. XV, (Ed. Rom. XVI).
(7) Ibidem.

(1) Cf. MANDONNET, *Siger de Brabant* LV; DENIFLE, *Archiv.* II, 201-21.
(2) A. VAÇANT, *La Controverse et le Contemporain*, année 1888, p. 65; *Les versions latines de la Morale à Nicomaque antérieures au XVIme siècle.*
(3) VILLARI, *Storia di Gerolamo Savonarola*, vol. I, l. 1, c. V.
(4) L. c.

Priusquam promittas delibera, et cum promiseris, facias.
SENEC., *De moribus.*

gestum ipsum egregie moderari, oportet paratus accedas; remque totam, de qua dicis, firmissime teneas. Nam si quid ex tempore, vel animo non satis firmo aggredieris publice ad dicendum, ita eris totus memoriae diffidentia metuque occupatus, ita in qualibet periodo proferenda simul de futura sollicitus eris, nihil ut de actione possis cogitare. Sed hactenus de *Pronunciatione:* venio nunc ad partem alteram, quae *Gestu* continetur.

Gestus nomine totius corporis habitum, figuram, motumque intelligo: cuius ea summa lex est, ut vel ex hoc ipso rerum dicendarum species aliqua statim ostendatur. Vestium et capillorum primum habenda ratio: itaque maxime curandum, ne nimia negligentia a civili cultu abhorrere videamur, concionemque contemnere; neve cura putidiuscula in mollitiei suspicionem incidamus. Coma vestibusque decore compositis, oculis, manibus, pedibusque cogitare debes. Horum membrorum conformatio et motus dicendi mirifice adiuvat; magisque capit auditores, quam ipsa eloquentia oratio. Frons itaque celsa et explicata laetitiae index est, demissa obsequii vel doloris, operata indignationis, dura contumaciae, aversa despectus et irrisionis. Celsam porro cum dico, nolim prae Palaemonas mihi probari. Nam ita attollere frontem, ut in tergum inclinetur, nunquam decet; quemadmodum nec ita demittere, ut sinum prope tangat: illud impudentis hominis est ac superbi, hoc timidi et mendici. Oculi, ex quibus maxime dicentis animus atque affectiones eminent, in sublime elati arrogantem hominem atque imperiosum ostendunt, demissi humilem et timidum, aversi negantem ac despicientem: nictando nolitem significant, lacrymando dolorem, connivendo deliberationem: clausis optime describes cogitabundos, valde agentis attentos, incensis minitantes: nihil denique in oratione tam varium est, quod vario oculorum motu Orator consequi non possit, unde qui audiunt, maxime pendent; dicendaque intelligunt, antequam dicantur.

Manus, quibus secundum linguam nihil est vocalius, tantam vim addunt actioni, ut sine earum adiumento plane frigeat. Sinistra non bene sola gestum agit, sed inservire dexterae debet. Sive tamen sola, sive alteri accommodata moveatur, intra humeros semper est continenda. Quod si Oratori aversanti aliquid necesse sit manus ambas in laevam partem valde propellere, tum vero humerus ipse et caput illuc protendatur. Dexterae motus a sinistra parte incipiat, et secutus verborum ordinem desinat loco suo. In ea componenda multum operae collocavit Quinctilianus; et superstitiose adeo digitis singulis leges imposuit, ut neque in scena hoc tempore tantam diligentiam requiramus. Minus sane peccat, qui intra familiaris sermonis usum manus continet, quam qui nimia quadam gesticulatione digitis micat, et ad verba singula modum aliquem accommodat. Modus itaque servandus; et pro rei propositae ratione videndum, quid deceat. Quaedam enim sunt, quae multiplicem gestum celeremque postulant, quaedam tardum, quaedam etiam nullum. Praesertim vero initio dicendi ab omni gestu abstinere oportet; ita tamen ut ad secundam periodum manus paullatim excitentur; quarum deinde motus incalescente oratione percrebrescet. In rebus magnis et laetis manus extendi solent, in parvis et tristibus contrahi: lentiores promittunt, citatae hortantur et urgent: dextera subiata furantem linguam recte comitatur; itemque robur et potentiam significat; ori admota silentium indicat, porrecta foedus et fidem, protensa extra humerum odium et aversationem. Manus utraque pectori adposita precantis est, et miseriae suae profitentis, contracta avari, explicata largi et gratulabundi. Digitorum commissio anxios ac dolentes ostendit, brachiorum complicatio pigros ac desides, iactatio immodica fratos et furentes. Haec singula adverterе aliquis potest, et in dicendo praestare, ex arte faciet: verum cum ardet oratio, dicentem rapit, nec eum pulchrum ex praeceptis consilium capere.

Pedes quoque suas partes habent, sed postremas. Ac primum quidem curet Orator, ne pedes quasi varicando distorqueat; neve praeter modum supplodat. Deinde oportet eius excursiones per suggestum esse quam moderatissimas, saltationes vero omnino nullas. Qua in re cum Q. Haterius (ut refert Seneca in Controversiis) frequentissime ardore dicendi peccaret, monitorem a tergo habere solebat, qui se tactu vestis, ubi opus esset, ad moderationem revocaret. Qui sedens ex scripto recitat, paucioribus indiget: illud tamen monendus videtur, ne crus cruri foedum in modum imponat. Quod quidem multis etiam ex concione dictum volumus, qui in hanc se otiosah pedis figuram componere solent.

Atque haec de *Gestu* satis tibi fore putamus. Quamquam neque ex his, neque ex aliis, quae de *Pronunciatione* dedimus, fructum aliquem capies, nisi usus accedat et exercitatio. Dicendo homines apti fiunt ad dicendum, agendo ad agendum. Desere aliquando umbram istam: in sole et pulvere non modo nobis, sed ipse tibi magis placebis. Vale.

FACCIOLATUS. (1)

(1) Iacobus Facciolatus, comptissimae latinae linguae scriptor, obscuro loco natus est in oppido Torreggia Euganeorum montium an. MDCLXXXII. Docuit in Seminario illo Patavino, ubi educatus fuerat; quin etiam studiis ibidem praefuit, multam impendens operam emendandis, amplificandis libroque edens, quo graecae atque latinae linguae doctrinam plenior magisque utilis discipulis redderetur. An. MDCCXXII logicae doctor in Patavino athenaeo renunciatus est, de qua disciplina *Acroases* nonnullas vulgavit, elegantia atque eruditione singulares. Sed tamen eius *Epistolae* atque *Orationes* quas dixit studiis auspicandis, Facciolati opus potissimum dicendae sunt, quippe quae summa eloquentia ac sapientia exaratae, eius nomen extra Italiae fines produxerunt.

Minuti
Semper et infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio.

IUVENAL., *Satyr.* XIII.

tegritatem humana despicientia adsidue exhibuit. Hoc autem optabat, illuc summo opere tendebat, ut aliquando sacerdotio initiatus sacris munieribus fungeretur.

Tandem primo die exorientis anni millesimi octingentesimi septimi et trigesimi sacerdotio auctus est, in aede S. Andreae ad Quirinalem, suffraganto Odescalchio Cardinali, qui mox omnibus honoribus ablegatis, inter tirones Societatis Iesu adnumerari obtinuit, quodque optimi est, in obsequium candidissimi eiusdemque sanctissimi Stanislai Kostkae, cuius virtutes optime mordicusque est prosecutus.

(Ad proximum numerum).

SUBALPINUS.

MATERIA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS

DE ACTIONE ORATORIA

Ad amicum Cenetensem.

Potestis nihil esse vitiosius in Oratore, praesertim [illegible] motum vocis et corporis arte quaesitum: [illegible] quae sint artis praecepta, cognoscere cupis; [illegible] non litteris modo tuis, sed etiam amicorum [illegible] urges, ut de re hac aliquid scriham. Non [illegible] sed aliquid est in arte nimium, repre[illegible] Constituerant Quinctiliani Institutiones ad te [illegible] nisi paullo esset ad irae [illegible] quam poterant. Quid enim? Putasne me, aut [illegible] quemquam posse meliora? Sed quando falli [illegible] oblectare.

Oratoria Actio dividi solet in *Pronunciationem*, et [illegible]. Ad illam quod attinet, cui vocis honitas non [illegible] in nobis, ut ait Cicero; tractatio tamen atque usus [illegible] est. Quapropter in ea illa, qua pollet unusquisque vocis facultate bonus Orator videri poterit, si magna in primis cura animadvertat, ne praepropera quotidiani sermonis festinatione verba mutilet. Fere [illegible] familiaris locutionis vitia ad actiones quoque [illegible] afferuntur, et solent histriones, cum dicant [illegible] ut si aliqua in parte naturam conando vin[illegible] extrema saltem periodorum de[illegible]. Ita nunc distincte pronunciabimus, ne tamen [illegible] in verbis immorantes singulis, hiulcam faciamus [illegible], aut memoria laborare videamur, aut syllabas [illegible]. Quamquam vitium hoc non est ita commune, ut primum illud: quod ut tollatur, nulla me quidem [illegible] magis expertus sum, quam clara expressaque litterae caninae pronunciatione. Fit enim hac adhibita unius litterae recte efferendae diligentia, ut omnes bene pronuncientur. Imo si cui balba quaedam haesit minusque aperta aliquorum verborum pronunciatio, quae pro consuetudine vetustissima tolli non posse videatur, *R*, sibi dumtaxat, si quod est in verbis illis, valde proponat spiritu linguaque premendum; brevique sentiet, in aliis quoque litteris efferendis nectendisque se mirifice expeditum.

Cum perspicue pronunciare poteris, illud deinde cura quam diligentissime, ut vocis varietate rerum, de quibus dicis, varietatem consequaris. Nihil enim aeque audientes enecat, atque unus ille, constans, et perpetuus quasi cantus adolescentis e schola. Vitium tamen hoc, quod in foro et in curia ferri non potest, Oratori sacro interdum condonatur reverentia quadam rerum, de quibus dicit, si cetera sit gravis et facundus. Addo etiam illud, ipsam variandi curam hoc in genere, si nimia sit, et loci oblita videatur, magis offendere, quam *monotonian*. Ceterum vocis variandae leges longe plurimas et pulcherrimas habes a Quinctiliano: quibus addere qui velit aliquid, praesertim ad fori consuetudinem, nugas agat. Ego inde pauca ducam pro modo Epistolae, quae non nimis ennelcata existimabo. Sit igitur vox laetis in rebus exponendis [illegible] quoque quodammodo hilaris, plena, explicata, et suaviter fluens: in contentionibus audax, elata, et nervis omnibus intenta: atrox in ira, aspera, densa, et respirationibus crebra: paullo in invidia creanda lentior et subobscura: in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando lenis et submissa: in suadendo, monendo, pollicitando, consolando gravis: in metu et verecundia contracta: in miseratione aegre faucibus exiens, flexa, reducta, impedita; in aggressionibus fusa, secura, incitata: in expositione teres, quasique media inter gravem sonum et acutum; ad summam, attollatur concitatis [illegible], compositisque descendat; et pro rerum natura, loci, temporis, et personarum, elata modo sit, modo demissa. Nolim tamen religiose nimium omnes animi motus imitemur. Nam et exultare clamose, et multiplices lamentationes edere histrionum more, oratoriam dedecet gravitatem. Illud vero tibi certum decretumque sit, ut initio magnae Orationis voce utaris demissiore; ne cum paullatim crescere debeat pro ipsa contentionis natura, supra vires augeatur, et quod consequitur, in [illegible] quemdam sonum degeneret, gallorum clamori persimilem. Praeterquamquod modesta illa vocis tenuitas, qua dicere incipimus, idonea est ad significandum timorem, quem debet Orator reverentia quadam concionis initio profiteri; modo ne quid sit ex abrupto alicui exprobrandum, quale illud Ciceronis in Catilinam: *Quousque tandem*, etc. Esset enim praeter artis leges, praeterque rationem, tale quippiam timide proferre. Universe cavendum, ne tussi nimiaque excreatione, quem Graeci *ptyelismon* vocant, intercidatur oratio; ne spiritus per nares emittatur; ne vox subsultet inaequalibus spatiis, quasique claudicet; ne rudis sit, dura, pingui, rusticana; sed quam maxime fieri potest, clare, suaviter et urbane flectatur, sonumque efficiat sine molestia aequabilem. Si vis autem pronunciationem et

imperatoris, (1) qui post victoriam ad Milvium pontem habitam eas brevi tempore habitavit, ac deinde sive Melchiadi pontifici, aut potius Sylvestro, eius successori, dono dedit, ut inibi templum Christo Servatori et Pontificiam sedem, seu Patriarchium, aedificaretur.

Lateranensium aedificiorum prospectus generalis per aevum quod medium dicitur.
(Ex antiqua tabula ligno cusa).

Ea quidem vera Pontifices per annos circiter mille apud Lateranensem basilicam habitarunt, quae an. MCLIV, addito a Lucio II peculiari cultu SS. Ioannis Baptistae atque Ioannis Evangelistae, a Sancto Ioanne coepit nuncupari; quo nomine nunc etiam vulgo distinguitur.

⁂

Atqui generalis Lateranensium aedificiorum prospectus, qui usque ad medii aevi finem fere immutatus permansit, is erat, qualis ex tabula lectorum nostrorum oculis hodie in his paginis subiecta apparet. Basilica [illegible] spectat: prope eius absidem, baptisterium cum [illegible] suis extenditur; inde, ad dexteram, xenodochium Pontificum pietate inde a remotissimis temporibus excitatum. Ad templi meridiem amplum erat [illegible], monachorum domicilium, quibus cura divini [illegible] commeredita erat; ad septem autem triones pontificia [illegible] longe lateque afferebantur cum suis porticibus [illegible] chalcidicis, ad oratorium usque proprium, qui nostra aetate « Sancta Sanctorum » et « Scala Santa », de quibus inferius, asservantur. Denique in [illegible] contro, ubi nunc Toutmesii III obeliscus [illegible], Annibaldensium Comitum turres surgebant, [illegible] atque basilicam, quo per minorem aditum et [illegible] ascendebatur, positum erat aeneum illud Marci Aurelii equestre signum, falso Constantini diu habitum, quod Xystus IV « e sordido loco in augustiorem in area ipsa » (2) collocaverat, ac postremo Paulus III in Capitolium transtulit.

(1) Cfr. Optatus Milevit. *Contra Donatist.* lib. I: « Dati sunt iudices... Ad urbem Romam ventum est, ab iis tribus (iudicibus) Gallis et ab aliis quibusdam Italis. Convenerunt *in Domum Faustae in Laterano* (an. Chr. [illegible]).

(2) Panvinus, *Manuscr.*, l. IV, cap. 8.

Lateranensis vero basilicae structura antiqua atque Constantiniana primaeva quum ferales casus non semel perpessa fuerit, proindeque Pontificum Romanorum religio eam iterum iterumque excitaverit, instauraverit, nullam certam ad haec nostra tempora sui transmisit memoriam. Graviores autem praecipuaeque ruinae refectionesque eius fuerunt quae hic sequantur.

An. DCCCXXVIII quum terrae quoddam [illegible] motu magna parietum [illegible] usque ad peristylium corruisset, quumque tum civium [illegible] privatis dissidiis, cum pub[illegible] quot [illegible] Romani Pontifi[illegible] «[illegible] fuit [illegible] ium Mater, Roma[illegible] Pontificum propria potissimaque sedes, informemque suimet speciem ac triste spectaculum per septennium praebuit, quo temporis lapsu penitus destituta utpote inaccessa iacuit » (1) Attamen

Spes dum nulla foret vestigia priscae revendi
Se gius ad culmen produxit tertius Ima
Cespite ornavit ingens haec moenia Papae. (2)

Postea Ioannes XII, creatus an. DCCCCLVI, Pontificum exstruxit sacrarium, quod Oratorium S. Thomae denominatum fuit; (3) Anastasius IV (MCLIII-MCLIV) multis



Lateranensis basilicae antiqua facies externa ad orientem eclesia.
(Ex antiqua tabula).

fabricis aedificiisque templum auxit, exornavitque; Innocentius III (MCXCVIII-MCCXVI) qui, uti notum vulgo est, vidit in somnis Lateranensi basilicae instare ruinam ac

(1) Ciampinus, *De sacris aedificiis*, etc., tom. II, c. II.

(2) Hoc, alioque de re versus Caesar Card. Rasponus in suo opere de basilica Lateranensi fuisse affirmat in abside et fronte basilicae massivo charactere expressos. Ante ianuam, quae in sacrarium ducit atrium, deinde translati sunt.

(3) Cfr. fig., num.

HORAE SUBSECIVAE

IULIANI APOSTATAE MORS

Contemptor Superum, et cultus desertor aviti
Antiquos laudandum excindere ritus
Christicolum legitimae sacras abolere parabat.
Ecce, tremendum gradum, tristem collapsa ruinam
Pyrrhi fundunt, rutilis flammis data praeda per orbem,
Aedes, aras, columnas, monumenta sacerdum,
Quorum vita fuerat, nec tristia praeter
Pudora et horrendas omnia aspexere moles.
Diffugit, fulminis ut ... ad ...
Ecce, Christicolae, ... praesidia ...
Et ... ad ... infelicis gentem.
Vos ... Principis domesticus ... ausis
Oppugnat: cives adhuc Deus ... secundat.
Ecce ... ex hoste superbus.
Ecce, quid ... prohibete ... ... ferum.
Christicolae, ... dexta hoc sicilina Caelo.
Nunc ... ... et arcu
... ... fatale ... ...
Principis ... ... ubi debita portat
... ... instar
... ...
... ...
*... ... ...

49. — Novi Lateranensis palatii exstructiones, a Xysto V inchoatae.
50. — Turrium Annibaldensium locus.
51. — Vestigia et situs Pontificiae bibliothecae.
52. — Via ad portam Capenam (hodie S. Sebastiani).
53. — Monasterium B. Bartholomaei et Andreae, ab Honorio I, saec. VII fundatum, deinde in Xenodochium conversum.
54. — Via ad amphitheatrum Flavium (hodie vulgo *di S. Giovanni in Laterano*).
55. — Via ad Liberianam basilicam (hodie vulgo *Merulana*).
56. — Locus ubi olim erat Dataria et habitationes Pontifici inservientium.
57. — Aquaeductus Claudii.
58. — Locus statuae equestris M. Aurelii Imperatoris.

I. F.

COLLOQUIA LATINA

Silentium et attentio [1]

SIGISMUNDUS. — Dupliciter peccatur in gymnasio quotidie, ab aliis hoc, ab aliis illo modo.

CAELESTINUS. — Quae sunt ista peccata?

S. — Confabulari, et praeceptori non attendere.

C. — Qui prius designant utroque tenentur.

S. — Ita prorsus existimo. Verum qui aliud, alibi oculis curiose divagantur, pingunt animalia, equites, stultos, libellos ineptos legunt, chartas et scamna conscindunt, illi in posteriore genere culpam castigabilem committunt.

C. — Vere dictum sentio, et novi quorum ista est consuetudo.

S. — Tu ipse unus de illis es.

C. — Egone?

S. — Ita; nae.

C. — Falso hoc in me vitium confers.

S. — Mentiri non est meum.

C. — Attentissime audio.

S. — Non semper.

C. — Quando eorum quae tu commemorasti aliquid ago, quasi si quid per transennam inspicerem, et levi brachio id fit.

S. — Ut elevat hic peccatum suum!

C. — Haud elevo; ut loquor, ita res.

S. — Quin est quando sermunculos seres cum proximis.

C. — Demiror tantum tibi esse otii a rebus tuis, ut aliena cures.

S. — Tam sine pudore id perpetras, ut non possim non notare: videret vel caecus, audiret etiam surdus.

C. — Vicissim te captabo.

S. — Capta, non capies tamen. Sed, extra iocum, desiste, si te amas, ab huiusmodi virtutibus, et noli cum te ipsum privare tantarum utilitatum fructu, tum alios impedire.

C. — Quos alios impedio quum tenuissimo sono loquar?

S. — Qui propius tibi assident dextra, sinistra et a tergo.

C. — Apage cum superstitiosa ista religione tua.

S. — Amico monenti volens obsecunda, ac bono tuo consule; alioqui coactus, non mihi, sed magistro.

C. — Adeo infanda haec tibi peccata videntur?

S. — Magna procul dubio suo in genere. Nam quid indignius et gravius in schola delinqui possit, haud video.

C. — Nisi aut ego mutus fiam, aut tu obsurdescas, difficile pax inter nos erit.

S. — Tu considera quorsum eas, et quid tibi futurum sit. Auceps quando concinnavit aream, effundet cibum; aves assuescunt; saepe edunt; semel si sunt captae, rem solvunt aucupi.

C. — Intelligo parabolam. Opere maximo dabitur opera, ne fraudi sit hoc aucupium.

[1] Ex opere IACOBI PONTANI cui titulus *Progymnasmata Latinitatis* pauca retractavit I. F.

ACTA PONTIFICIA

SSmi. D. N. Pii PP. X litterae in forma «Brevis», quibus Purpuratus Pater ad sollemnem commemorationem Antonii Friderici Ozanam, Lutetiae Parisiorum habendam, tamquam Pontificis Legatus mittitur.

Venerabili Fratri Nostro Vincentio S. R. E. Cardinali Vannutelli Episcopo Praenestino

PIUS PP. X

Venerabilis Frater Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Quod propediem, exeunte saeculo, ex quo Antonius Fridericus Ozanam hanc lucem aspexit, Societas Vincentiana, ut accepimus, sollemni commemoratione celebrare virum parat, Nos equidem probamus vehementer tale propositum, libentissimeque factari sumus, ut illa ipsa sollemnia Nostrae dignitatis accessione amplificemus. Etenim cum iustum arbitramur eius ornare nomen qui profecto in illustranda et scriptis et factis salutari virtute fidei catholicae aetatem omnem, heu non ita longam, consumpsit, ut inter praeclaros christianae sapientiae vindices ponatur; tum vero nolumus occasioni deesse, quae datur, testandae rursus propensissimae voluntatis Nostrae erga illud Opus quod *conferentiarum* dicitur, cuius hic iure primarius conditor habetur. — Nam consociatio id genus - quae cum ad christianam caritatem tota spectet, nomine patrocinioque recte utitur Vincentii a Paulo - quis non miretur quam brevi tempore quantaque cum utilitate communi se usque quaque propagarit? Vixdum eius hic noster cum paucis eius-

22. — Locus ubi olim sepulcrum B. Helenae, Constantini matris.

23. — Monasterii claustrum, etiam nunc eleganti structura insigne.

24. — Monasterium Canonicorum Regularium.

25. — Monasterium a S. Pancratio quondam nuncupatum.

26. — 27. — Atrium et porticus oratorii S. Vincentii, unde aditus ad [illegible]

28. — Oratorium S. Vincentii, [illegible] (1).

29. — Oratorium Sancti Ioannis Baptistae.

31. — Oratorium Sancti Ioannis Evangelistae.

32. — Oratorium S. Crucis.

33. — Triporticus, quae ante hoc Oratorium exstabat, de qua Anastasius bibliothecarius in *Vita Hilarii PP.*: «Hic fecit Nymphaeum et Tripodium ante Oratorium S. Crucis, ubi sunt columnae mirae magnitudinis quae dicuntur bistorigenta. Locus et conchas castriatas duas, cum columnis porphyreticis perphoratis aquam fundentes, et in medio locum porphyreticum, cum concha asirtha in medio, aquam fundentem, circumdatam a dextris vel sinistris. In medio cancellis aereis et columnis cum fastigiis, et epistyliis undique ornatum ex musivo, et columnis Aquitanis et tripolitis et porphyreticis».

34. — Recentes Xystinae porticus.

35. — Conciliorum aula in patriarchio.

36. — Interseptum sive diaphragma, ubi tres aderant ianuae quae Sanctae dicebantur, e palatio Hierosolymitano Pontii Pilati transvectae, ut antiqua fert traditio, «per quas non semel Salvatorem D. N. I. Christum Passionis tempore transiisse pia verisimilitudo diu suasit» (1)

37. — Menianum a Bonifacio VIII exstructum ad benedictionem populo impertiendam; quod ab ipso Pontifice nomen retinuit.

38. — Palatii Lateranensis deambulacra.

39. — Oratorium S. Sylvestri, ubi Pontifices peculiares caeremonias peragebant.

40. — Situs ubi Scalae sanctae exstabant.

41 - 42 - 43. — Scalae et porticus Lateranensis palatii.

44. — Vestibulum ante Oratorium *Sancta Sanctorum*.

45. — Oratorium S. Laurentii sive *Sancta Sanctorum*, peculiare Pontificum sacellum. In eodem (nunc proprio aedificio distincto, ab Lateranensium aedium globo segregato, quo etiam *Scalae Sanctae* translatae sunt) teste Panvinio, altare erat, sub quo diu iacuerunt Apostolorum capita; et adhuc asservatur antiquissima SS. Salvatoris imago, quam *acheropitam* dicunt, multis iisque pretiosissimis ornamentis aureis, argenteis gemmeisque coruscat.

46. — Triclinium, vulgo Leonis III, «maius super omnia triclinia», cuius absidis musivum opus adhuc conspicitur.

47. — Oratorium S. Nicolai, ubi sacra Pontificum indumenta et supellectilia ad sacra peragenda custodiebantur.

48. — Interior pontificia domus.

Eugenius PP. VIII ex aedibus Lateranensis patriarchii iubilaeum an. MCCCC indicit. (Inpi tabula in Lateranensi basilica adhuc asservata).

(1) Ori sive figuram in *Vita Urbis* habes anni n. 1, pag. 8.

(1) Champinus, l. c.

et affirmative ad secundam, iuxta alia decreta ac decretum generale n. 3922 *De Missis votivis* 30 Iunii 1896, ad V, n. 1 et 2.

II. — An in vigiliis, saltem commemoratis, festorum eiusdem beatae Mariae Virginis, enunciatae Missae debeant esse de vigilia, sine *Gloria* et *Credo*, cum orationibus iuxta rubricas et decreta? — *Resp.* Affirmative.

(Ex decr. d. XVII mens. Maii MCMXII, rel. in *Acta Apostolicae Sedis* d. XXXI mens. Martii MCMXIII).

DIARIUM VATICANUM

(Mense Aprili MCMXIII).

De recenti morbo SSmi. D. N. Pii PP. X.

Die VII mens. Aprilis MCMXIII SSmus. D. N. Pius PP. X — quem morbus, cui ab *influentia* vulgo nomen, aliquot ante diebus invaserat; ipse vero, qua est summi magisterii sollicitudine, parum curaverat — vehementius atque improviso ab ipso morbo repetitur, unde thoracis laeva pars dolitur. Aetas venerandi senis, magis quam aegritudinis vis, catholici orbis animos omnes commovet atque perturbat; qui supplici voce a Deo una postulant, ut Patrem sanctissimum tamque dilectum filiorum pietati sospitem quo citius restituat, incolumemque diu servet in aevum. Quibus votis summus benignus Omnipotens, Summi Pontificis valetudinem iam confirmare dignatus est, qui sese in dies firmius recolligit; quod Ipsi universisque Christifidelibus felix, bonum faustumque siet!

Coram SSmo. admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites, aliosque viros, qui sui quisque muneris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: De Oettingen Spielberg, Princeps, eiusque uxor; Czartoryska, Princeps foemina; peregrinorum manus ex Gallia atque ex Italis dioecesibus Mediolanensi ac Mantuana, a Purpurato Patre Andrea Ferrari, archiepiscopo Mediolanensi, coram adductorum.

Peregrinorum adventus in Urbem.

Indicto Universali Iubilaeo ad pacem celebrandam Christi ecclesiae abhinc saecula XVI a Constantino Magno per Mediolanense edictum attributam, coepit peregrinorum adventus in Urbem, qui ob Summi Pontificis aegritudinem a Purpurato Patre Raphaele Merry del Val, a Secretis Status, Eius nomine excepti ac salutati sunt.

Per Aprilem mensem ii fuerunt ex dioecesi Labacensi; ex Rhaetia; ex societate catholicorum militum in Batavia; ex Italica Subalpina regione; ex Berolinensi foedere Opificum Catholicorum; ex Polonia; ex Piceno; ex Belgica societate diurnariorum catholicorum; ex Sodalitate Catholicae Iuventutis in Anglia; ex foederatis ferriviarum operariis in Batavia; ex dioecesi Cameracensi; ex nordica America, etc.

Pontificiae electiones.

Purpuratus Pater Basilius Pompili, Cardinalis Urbis Vicarius renunciatur.

— Purpuratus Pater Dominicus Ferrata, Praefectus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, Archipresbyter Lateranensis basilicae eligitur.

ANNALES

Balkanicum discrimen.

Civilium rerum magister ille sagacissimus Palmerston dicere solitus erat, de Orientalibus populis id unice praevideri posse, nihil posse praevideri. Atqui huiusmodi iudicium a veritate minime aberrare, ex recentibus quoque de Balkanica quaestione eventibus innotuit. Dum enim magnarum Europaearum civitatum administris auctoribus, qui pacis interpretes accesserunt, induciae Bulgaros inter atque Turcas constituuntur, quarum causa ad Ciatalgia et Bulair fines tormenta bellica tandem aliquando tacent; dum Graeci, Ianina urbe atque omni fere Epiro occupatis, reapse arma deposuisse videntur; Serbia denique milites suos ex Scodrae obsidione retrahit, quae urbs Albanorum novo regno addicenda foret, Nicolaus, Nigri Montis rex, hisce ceterarum Europae nationum decisis proterere resistit, spernitque earum promissa, futurum et huius privationis sacrificium pecunia aliisque territoriis aeque ipsi rependatur.

Itaque, suasionibus frustra adhibitis, ad coercitionem ventum est, navesque in Superum mare missae, quae Orientales oras custodirent. Ecce autem ex improviso nunciatur Scodra urbe post novam obsidentium vim in istorum fidem atque potestatem esse permississe; paulo post vero palam fit, postremum impetum fictum fuisse, atque urbis illius occasum non aliunde ortum esse, quam ex secreta Nigri Montis pactione cum Essad Bacha, oppidi propugnatore, inita, qui, proditor suorum, se Albanicae novae civitatis regem dicit, Scodrae urbis possessionem in favorem Montis Nigri renuntians, atque tumque rebellionis inaugurans, periculorum maximo plenum illis praecipue Europae nationibus, quae peculiares suas rationes tuendas illic habent: Austriam dicimus atque Italiam. Quid inde? Licebitne impune hisce sibi per vim providere si administrorum coetus Londini iamdiu congregatus haud opportunum reputabit, rem alterius imperio delegare, ut ea quae unanimi sententia decreta sunt ad effectum adducantur? Numne - quod Deus avertat - per Europam omnia videamus iri permixtum?

***

Italorum in Lybia progressus.

Mense qui praeteriit Itali progressionem in Cyrenaica constanti erectoque animo aggressi sunt, ita ut viginti vix diebus illius regionis loca omnia occidentem versus in certam veramque ditionem suam prope sine sanguinis effusione redegerint. Ptolemaidis in litore appulsi, ad Merg colles processerunt, Arabumque manu, iis resistere conante, fusa atque fugata, ulterius procedebant, Arsinoem

dem animi virtutisque sodalibus semina iecerant, alte [illegible] atque opinione celerius tamquam in celsam [illegible] palmitesque diffusam ramis excrevit; ut con[illegible] ceterorum erat ingenio nationis Gallicae, qua [illegible] ad Religionem promovendam nihil actuosius, [illegible] uberius. Eademque nunc late per terrarum orbem [illegible] est neui non solum multitudini egenorum, qui[illegible] tum ad hanc vitam tum ad aeternam bona adiu[illegible] suppeditat, verum etiam sociis ipsis, quos com[illegible] per varia christianae misericordiae munia ad [illegible] exercet. — Haec reputantibus [illegible] esperque est causae, cur hos in primis ista [illegible] opentusque et [illegible] apud [illegible] per[illegible] licentia [illegible] [illegible] Vin[illegible] et maxima [illegible] [illegible] Nostri [illegible] S. R. [illegible] Nostrum mi[illegible] quae his literis [illegible] in eo eo[illegible] exprimas. [illegible] Vagnozzi [illegible] Pacchae, [illegible]

PIUS PP. X.

[illegible]

Ex Congregatione Concilii.

De privilegio Officii Divini iuxta veterem [illegible] recitandi.

Constitutio apostolica *Divino afflatu*, de nova Psalterii in Breviario Romano dispositione, non paucis ex iis quos obligatio tenet persolvendi Horas canonicas, ob peculiares causas, impetrarunt pontificium indultum retinendi veterem. Quum autem exortum subinde sit dubium num qui eiusmodi indultum obtinuerunt possint ad libitum unui alterutrum Psalterii ordinem, adhibendo nempe modo veterem modo novum iuxta propriam cuiusque commoditatem, S. Congregatio Concilii, de speciali mandato SSmi. D. N. Pii divina providentia PP. X, declaravit atque decrevit id non licere, sed omnes et singulos cuiuscumque gradus, conditionis et dignitatis, qui impetrato, prout supra, indulto uti velint quotiescumque privatim Officium divinum persolverint, debere recitare pro singulis Horis omnes psalmos et reliqua prout distribuuntur in Breviario Romano a S. Pio V edito et a Clemente VIII, Urbano pariter VIII, et Leone XIII recognito, servato tamen quotidie novo ordine sive kalendario iuxta praedictam Constitutionem apostolicam et regulas seu rubricas eidem adiunctas praescripto pro dioecesi, capitulo seu clero cui quisque est adscriptus, ac firma abolitione indulti generalis dati die 5 Iulii 1883 pro Officiis votivis; contrariis quibuscumque non obstantibus.

(D. x mens. Martii MCMXIII).

Ex Congregatione Consistoriali.

Monitum Ordinariis ad Constantinopolim solemnis alumnorum ex Seminariis.

Quum in aliquibus Seminariis agatur de mittendis Romam aliquot alumnorum manipulis ut vice totius Seminarii partem cum ceteris peregrinis habeant in solemnibus sacularibus de Ecclesiae pace, beatissimus Pater, cui [illegible] coronam in spem Ecclesiae adolescentum [illegible] cum laetitia conspiceret, sciens tamen hoc fieri non posse sine aliquo detrimento spiritualis [illegible] recollectionis, quae tam magni momenti est in clericorum institutione, hortatur omnes ut hoc consilium [illegible], postquam ipsi se in fervore spiritus pro [illegible] Dei pacis effundant. Ipse vero alumnos [illegible] praesentes habens benedictione apostolica con[illegible]

(D. XXX mens. Martii MCMXIII).

Ex Congregatione S. Officii *(Sect. de Indulgentiis).*

De qualitate Missae ad Indulgentiam Altaris privilegiati lucrandam.

Ad Altaris privilegium, quod vocant, Indulgentiam lucrandam, non amplius in posterum sub poena nullitatis requiritur, Missam de requie aut de feria vel vigilia cum Oratione defuncti propria celebrare; id tamen laudabiliter fiet, quum licet ac decet, pietatis gratia erga defunctum.

(Ex decr. d. XXI mens. Febr. MCMXIII).

Ex Congregatione Rituum.

De Missis votivis B. Mariae Virginis ex privilegio recitandis, dubia.

I. — Utrum infra octavas festorum atque in ipsis festis B. Mariae Virginis, etsi de eis sola commemoratio vel nulla commemoratio in Officiis classicis fiat, praefatae Missae, iam concessae, debeant esse votivae, an potius festivae, de festis vel octavis, et quidem cum *Gloria* et *Credo*? — *Resp.* Negative ad primam partem

legitimum implebat versuum numerum. Eorum hi erant tituli: *Aenigmata; Violae; Simplex.* Neque illud quod inscriptum erat *Idyllium*, carmen iam antea ad certamen missum et nunc correctum.

Statim seposuimus ut prorsus hoc certamine indigna carmen inscriptum *De mira ingenii potentia;* carmen cui addita erat sententia, scidulae inscripta: *Iocosae datur hora Musae*, et illud ipsa nocte obscurius cui nomen *Zephyrus*.

Parum placuerunt haec octo, licet in iis aliquae virtutes apparerent: *Votum Sulpiciae, In bellum Turcicum, Navale duellum; De bello Lybico; Ad Lourdenum rupem; Roma fatorum sedes; Nugipoly oquidae; Pediculi.*

Multo magis probabantur XV haec, quae tamen non esse in lucem edenda post aliquam demum decrevimus dubitationem: *Trossulus; Cultor maiorum; Res Sacra Nessi; De cruce Christi triumphante; In columnam monorialem; Heroum; Pax; Materna Corda; M. Valerius Corvus; In obitum Ioannis Pascoli; In feminas ius suffragii appetentes; Mortis hymnus; Suprema Caligulae nox; De nativitate Virginis; Alcaicon.*

Restant octo optima, quae libenter publici iuris faciemus, lectu iucundissima, vera verorum poetarum atque artificum opera. Eorum titulos sic enumeramus ut quo quodque est praestantius eo posterius nominetur: *Vox patriae; Aeriae voces; Duo insontes; Alma quies; Titanicae interitus; Alumnus Virgilii; In funere Ioannis Pascoli; Amaryllis.*

Post aliquam dubitationem quod inter tria carmina, quae hic ultima ponuntur, *(Alumnus Virgilii; In funere Ioannis Pascoli; Amaryllis)* esset optimum, praestare tamen duobus aliis decrevimus *Amaryllida* carmen egregium, tersum, venustum. Hoc aureo ornandum praemio visum. Aperta scidula nomen prodiit *Raphaëlis Carrozzari*, Mediolanensis.

Septem illa, quae proxime ante *Amaryllida* enumeravimus, sumptibus legati Hoeufftiani in lucem emittentur, si eorum poetae nobis ante *Kalendas Iunias* scidularum aperiendarum dederint veniam.

Ad novum certamen cives et peregrini invitantur his legibus, ut carmina latina, non ex alio sermone versa nec prius edita argumentive privati, nec quinquaginta versibus breviora nitide et ignota iudicibus manu scripta, sumptu suo *ante Kal. Ian.* anni proximi mittant ad *Hermannum Thomam Karsten*, Ordinis litterarii Academiae ab-actis, munita sententia, item inscribenda scidulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transcribendo portabile prelum Britannicum *(typewriter)* adhibebunt.

Praemium victoris erit nummus aureus quadringentorum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex legato faciendis typis describetur eique subiungentur alia laude ornata, quando scidulae aperiendae venia dabitur. Hoc *ante Kal. Iunias* fieri debebit.

Exitus certaminis in conventu Ordinis mense Martio pronunciabitur; quo facto scidulae carminibus non probatis additae Vulcano tradentur.

Amstelodami, Kal. Apr. MCMXIII.

P. D. CHANTEPIE DE LA SAUSSAYE
Ordinis Praeses.

AENIGMATA

I.

Integrum constat, ruptum totiesque fatiscit,
Vel sonitu trepidans allicit auriculas.

II.

Advolat, ignavumque aliena ad pabula currit,
Mendaci vultus sive colore linit.

F. X. B.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Doctorem IOSEPHUM FORNARI, Commentariorum moderatorem *(Roma, via del Governo Vecchio, 96)* miserint intra menses duos, unus, sortitus, sumet, accipiet opus, cui titulus:

FABULAE SELECTAE
IOANNIS LA FONTAINE
latine conversae a FR. XAV. REUSS.

Aenigmata an. XVI, n. II proposita his respondent:

I) Laterna;
II) Malus-Malum.

Ea rite soluta miserunt:

Diomedes Falva, *Constantia.* — P. Prado, *Venetiis.* — Ant. Maria, *Tarragona.* — Petrus Tergestinus. — Iac. Gomez, *Caesaraugusta* — F. Wawer, *Marianopoli.* — Ladisl. Thyssen, *Dresda.* — Aug. Bicci, *Florentia.* — N. Bianchi, *Augusta Taurinorum.* — F. Arneri, *Mediolano.* — Nic. Endrigi, *Salisburgo.* — Claudius Lucensis. — I. Ortiz, *Morelia.* — Eug. Dolmar, *Chicagine.* — Hern. Forgeot, *Nicaea ad Varum.* — Rich. Brondel, *Brugis.* — Nic. Lagumina, *Panormo.* — Rich. Muller, *Berolino.* — Clem. Flard, *Curia Rhaetorum.* — Arch. Magliano, *Genua.* — Alb. Perraud, *Lutetia Parisiorum.* — Lad. Goux, *Bituricis.* — Iac. Menendez, *Madrito.* — Fr. Xav. Ghica. *Ostunio* — F. X. M., *Dropano.*

Sortitus est praemium:

LADISLAUS THYSSEN,

ad quem missum est opus, cui titulus:

BIBLIA SACRA
VULGATAE EDITIONIS

Xysti V. P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita. (Editionem renovarunt Desclée et Soc.).

SOCIIS ET LECTORIBUS MONITUM

Kalendis Aprilibus MCMXIII Societatis Editricis Romanae Urbana Sedes translata est in

VIA DEL TRITONE, 46.

Huc igitur exinde conferatur quidquid VOCIS URBIS administrationem respiciet; quae vero ad redactionem spectant, mittenda semper erunt ad Moderatoris domicilium, VIA DEL GOVERNO VECCHIO, 96.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus

ROMAE. — EX officina *Societatis Editricis Romanae.*

usque; quum alia agmina Bengasi ex urbe profecta, hinc Coeffam, Sidi Califam, Hoebiamque occupabant, inde Benina, Regima montem, Bu Mariam, El Abiar. Denique exercitus huiusmodi partes inter [illegible] et cum incolarum quiete coniunxe-[illegible]

PUBLICI PER ORBEM COETUS legibus ferendis

[illegible] George, Imperii cancellarius, de fe[illegible] commerciorum reditu fuse [illegible]

[illegible] Robertus Pinero acrarii [illegible] abdicante, [illegible] Foederatis Americae Septentrio[illegible] novum rei publicae praeses, primum [illegible] ipse populi oratoribus legit, [illegible] regimen ita immutandum esse [illegible] licuit nova foedera cum Europae civi[illegible] acceptorum et expensarum ratio[illegible] vocatae [illegible] convectio de Gothardo monte tan[illegible] habita [illegible] dissensiones inter gubernatores eorum adversarios acriores factae, quum tamen [illegible] sint excessus, quibus, heu, assuevimus. [illegible] acceptorum et [illegible] rationes [illegible] legatorum coetus [illegible] eritmunus, reipublicae [illegible] diligere.

PER ORBEM

Die I mensis Aprilis MCMXIII ex Batavia notum fit, Iulicae insulas Siao, Sanghi ac Talaut vehementi terrae motu funditus eversas superiore mense Martio fuisse.

— d. III, Athenis, Georgio, Graecorum regi nefarie interempto, iusta sollemnia summo civium cum luctu persolvuntur.

— d. IV militaris Germanorum dirigibilis quidam aërostatus adverso vento in Gallicam terram expulsus, magnam incolis concitationem procurans, [illegible] reputantibus, eum munimentorum speculandorum causa missum fuisse.

— d. V Domodossola ex Italico oppido nunciatur nivium ingens moles de Alpibus devoluta opifices aliquot, in angustiis ad Furcam montes laboribus intentos, obruisse; ceteros, ad ducentorum numerum, in obsidione misere tenere.

— d. VI Nussdorf, in oppido ad Salisburgum, templum atque aedificia triginta duo fortuito incendio absumuntur.

— d. VII ad ferriviae Austriacam stationem Ogulin ex curruum vapore actorum collisu plures humanae victimae lugentur.

— d. XIII opificum desertiones a laboribus per Belgarum omnem regionem fiunt. Vim tamen adhibere militum non est necesse.

— d. XIV Madriti, dum Alfonsus XIII Hispanorum rex, e militum recensione revertitur, a scelesto Catalaunensi quodam homine manuballistula petitur, at fauste feliciter incolumis evadit.

— d. XV per Liburniam omnem foeda tempestas ingentia damna affert.

— d. XVI Chilensi in urbe S. Iacobi, Acevedo aviator in illa civitate primus, ob aëronavis quamdam propulsoris machinae laesionem, a caelo praecipitat ac moritur.

— d. XXIII Eucharisticus annuus omnium nationum conventus sollemni ritu a Pontificis Legato, Purpurato Patre Dominico Ferrata, Melita in insula inauguratur.

— d. XXIV Stabiis nova Italorum loricata navis, cui a C. Duilio nomen inditum, coram Italico rege regiaque domo feliciter in mare immittitur.

In fodinis apud Cincinnati gasii incendium exoritur, in quo horrendam mortem cunicularii octoginta inveniunt.

— d. XXVI Lutetiae Parisiorum centenaria dies ab ortu Friderici Antonii Ozanam sollemniter commemoratur. Conventui praeest Emus. P. D. Vincentius Cardinalis Vannutelli, a Pio PP. X tamquam Pontificius Legatus missus.

— d. XXVIII Olisippone civium manus, ex liberae reipublicae factione, gubernio inimicorum, seditionem movere frustra conatur.

— d. XXIX in Pensilvaniae oppido Monongahela fodinarum nova calamitas defletur, ex qua cunicularii centum viginti quinque mortem heu! oppetunt.

EX BATAVIA

De certamine poetico Hoeufftiano in an. MCMXIV indicto.

Accepimus, et libenter edimus:

A. d. IV. Idus Martias in conventu Ordinis Litterarii a iudicibus ita est relatum de XXXVIII carminibus, quae ad tempus ei fuerant tradita.

Tria ad certamen omnino admitti non potuerunt, utpote e variis constantia poematiis, quorum nullum

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

AD ROMAM

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

ACTUS II.

Vestibulum interiuin templi cum foribus in ima parte, qua itur in subterraneum, ubi sunt captivorum custodiae. Circumstant amplae columnae aere compositae.

SCENA I.

Duo MILITES *qui inter se colloquuntur.*

I. MILES.

Si Christi fidi sunt discipuli,
Leges sic imperant!

I. MILES.

Leges, et neque leges! Quid si arbitrariae?
Nonne quid ipsi in silvis?

II. MILES.

Sunt inermes,
Nos ipsi carnimus citra malitiam.
Stringentant carceres, ferunt subsidium...
Ipsi nos exiguum dant nobis pro munere...

I. MILES.

Cantant laetitia, docent novos et canticus,
Sonant quo maxime dulces Amarylides.

II. MILES.

Deum sed honorant ipsi quem colunt...

I. MILES.

Deos nos contra colimus turpissimos.

II. MILES.

Plus bonum sed illi sanctum prae ceteris.

I. MILES.

Nos adoramus, colimus vel stercora!

II. MILES.

Nemo nos torquet, nemo dat molestiam.

I. MILES.

Premunt hi carceres, vocant Pontificem,
Ab ipso postulant modo licentiam
Eum videndi.

II. MILES.

Parvula est custodia,
Sunt pauci et milites; sic possent liberum
Reddere!

I. MILES.

Sed ipse?

II. MILES.

Vetat, vult in carcere
In vinculis mori suo pro Numine.

I. MILES.

Mirum! Quid accidet nostri si perderent?
Quid imperator bello si recederet?

II. MILES.

Erant et multi christiani milites!
At ipsi ad arma cursitant, et alacres.
Gerunt in bellis martiales spiritus,
Ut ipsi in bello rem suam defenderent.

I. MILES.

Tibi sed pectoris pandam nunc depositum
Modo secretum dixi quod servaveris?

II. MILES.

Quid est quod verbis dicas tam solemnibus?
Tacebo, furcifer, tacebo! Dic admodum.

I. MILES.

Eram mox custos ad theatrum positus
Marcelli, mille pressus sed angustiis,
Quidam cum venit, traxit qui me clanculum
Et paucis verbis, pluribus sed gestibus,
Placet, dixit, tibi magna vis pecuniae?
Quid ni? Sed quibus, dixi, conditionibus?
Habesne Mitrae templi tu custodiam?
Quid ad te? dixi. Eiusne tu decuriae?
Quid hinc? Habebis auri magnam copiam,
Si,.... - Quid? - Dummodo deferas si chartulam
Puero captivo, Aniciorum filio,
Qui nominatur, ni fallor, Octavius.
Ei libenter postulanti assentio.
Ecce marsupium, vides et chartulam.

II. MILES.

Quid autem legitur? Caveto, tragula
Ex improviso tuum ne frangat caput.

I. MILES.

Lubet videre?

II. MILES.

Perlubet! Quis scit an exeat
Fortuna nostra, quasi Deus ex machina?

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.